



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 23. Gallorum exercitus lue confectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

§. XXIII.

Sæc. XVI.
A.C. 1528.*Gallorum exercitus lue confectus.*

Quamvis Lautrecus hanc epistolam intercepisset, haud tamen plus egit, quam ut aquæductum, quo undæ in urbem decurrebant, abscederet, nec sollicitus erat, ut simul canalem fieri juberet, quo aquæ in mare delaberentur; unde factum, ut per agros ubique diffusæ, nec ulla tamen proclivitate in unum locum decurrentes, brevi ob vehementiores solis ardores putrescerent, earumque fœtor adeo immaniter in Gallorum corpora grassaretur, ut totus exercitus assiduis exhaustus esset funeribus. Morbi enim inde contracti in pestilentiam degenerabant, simulque jugebatur obfessorum malitia, qui variis sub prætextibus ad Gallorum castra delatæ cisternas infecerunt, adeo, ut exeunte Mense Junio Lautrecus, qui & ipse tabifica lue afflatus erat, in exercitu suo antea viginti quinque millibus valido ægre quatuor millia recenseret, atque ex octingentis cataphractis circiter centum superstites haberet. Præterea navales copiæ, quæ sub Rencei Ceri & Andreæ Auriæ imperio in Sardiniae Insula Hispanis subdita exscensionem fecerant, ibidem ingentem annonæ copiam

Ee 5 repe-

Sæcul. XVI. repererunt ; cum vero milites diutina
A.C. 1528. fame pene consumpti essent , tanta avi-
ditate stomachos cibo potuque opple-
verant , ut eadem lue inficerentur , quæ
multiplicatis catervatim funeribus ma-
ximam exercitus partem depasta est.

-§. XXIV.

Andreas Auria Gallis indignatus.

Sub idem quoque tempus Andreæ Au-
riæ , qui ad Cæsaris castra transibat ,
perfidia extremum rebus Gallicis exi-
tium attulit , perinde acsi pestilentiae fla-
gellum ad Gallos milites ingenti strage
plectendos haud suffecisset . Hujus ve-
ro defectionis hæc cauſa fuit ; quippe
vix Gallicarum Triremium Imperium
fusceperat , cum illico ejus adversarii
in illius interitum conjurarent ; unde hi
non raro ea negotia , quæ vi munera
sui exequi tenebatur , in belli Senatu
perperam interpretabantur , nullamque
eisdem nocendi occasionem prætermi-
tebant , adeo , ut brevi Regis animo si-
nistram de eo opinionem ingererent , at-
que ille Auriam velut hominem mole-
stum , proprii quæstus studiosum , om-
nibusque refragantem aspernaretur .
Haud ægre Auria insidias sibi parari
cognoverat ; quapropter cum Genuen-
sibus pactum iniit , vi cuius Genua ejus-
dem